Gulielmus Dei gratia comes Palatinus Rheni utriusque Bavariae dux. Nos binas a te recepimus literas; e prioribus quidem intelligimus, te vehementer mirari, quod nec literas tuas nec servum, quem miseras, nos adhuc vidisse scripserimus; eiusdem ideirco opinionis tecum sumus, errorem scilicet hunc secretarium nostrum incurrisse, qui literas tardo nimis die signaverit. Servus enim tuus apud nos satis functus est officio suo, quamvis tardius quam sperabamus hac(!) pervenerit, nec est quod amplius sis sollicitus ob id. Joannes Antonius Scala ad nos incolumis venit. Indicem quoque pretiorum a lapicidis praefixum recepimus parentique ill^{mo} nostro transmisimus, qui iustiori potius pretio parenti nostro ill^{mo} quam ulli Germaniae principi hac in re inservire praetendunt, quod et nobis non mediocriter arridet. De pretio quidem cum Joanne Antonio Scala ob merces suas, quoad fieri poterit, conveniemus; neque enim quicquam eorum a nobis intelliget, quorum nos certiores reddis, tuam in hac re probando industriam. Quae nobis e cristallo confecta in parvo illo mandas scriniolo, nondum a nobis oblata fuere ill^{mo} parenti nostro; quae si viderit, quam primum remittenda curabimus. Quo ad secundas attinet, cingulum cum pugione atque omnia mucronis necessaria, calcaria simul et reliqua ferrea a Ferrante de la Lima confecta accepimus. Indicem pretii vero, quia incautius servatus, perdidimus; eiusdem exemplar remittere non gravaberis eorum.[1]) Praefigurata vero frena et staffas remittimus, cum nec opus in se nec pretium pro tempore nobis placeat, in commodius differentes tempus. Lubenti etiam animo te 84 florenos recipisse intelligimus. De pretio figurae Cupidinis cum mercatore convenias eandemque aut aliam sibi parem et similem quam primum ad nos transmittas velimus. — Recte ages, si nullam de medico mentionem feceris. Liber quem nobis mandaveras, non quidem ullam malevolentiae aut irae bilem nobis excitavit, verum tanquam ultra decorum paulo immodestius nobis displicuit conscriptus. His nos tibi semper benevolos probe teneto. Datae Landishutae pridie Cal^{das} Februarii anno virginei partus 1573. Nobili nobis syncere dilecto Prospero Vicecomiti Mediolanensi Mediolani.

M. H. A. Akt 607. (Konzept.)

---

[1]) Ind.—grav. am Rand von anderer Hand; eorum zwischen der Zeile.

Nr. 95. 1573 Februar 5. Gasparo Visconti an Herzog Wilhelm.

Ueber den Arzt Vicenzo Magatto.

Ill^me atque Ex^me Princeps. Iam superioribus mensibus de Vicentio Magato medico, qui curationes optimas et laude dignissimas in difficilimos morbos adhibuit, ad Ex^am V. perscripsi,[1]) ut eius artem in infirma Sue Altitudinis valitudine, si placeret, experiri posset, in quam tum ipsa scientia tum etiam fidelitate ei satisfaciet: hac de causa has ad eam literas scribo. Eas ipsas mulieres fide quidem dignas conveni, quas ipse Vicentius huiusmodi morbo, quo laborat Altitudo Sua, liberavit, quorum(!) de salute desperabatur. Deserte enim erant ab omnibus fere primariis huius civitatis phisicis, quae de eo me plane erudiverunt. Cumque idem Vicentius ex illis laudem reportasset, ipsi cum odio et invidia prosecuntur deque illius curationibus in ipso etiam senatu cum eo disceptarunt. Ipsum tamen victoriam reportasse constat. Et hac de causa de eo, ut mihi renontiatum fuit, acerbe loqui non desistunt. Idem medicus mecum collocutus est denuo ac dixit, se Altitudinem Suam curare valde desiderare mihique affirmavit, se eam morbo, quo laborat, liberaturum. Et si V. Ex^a Prospero Vicecomiti in mandatis dederat, ut quantum in arte medica Vicentius ipse valeret, diligenter quereret, ego tamen, cum viderem hic de prestantissime mee domine(!) salute agi, summa pietate, servitute et observantia, qua eam prosequor, impulsus hoc idem, ut initio scripsi, inquirere et expiscari volui. Quamobrem hec ad Ex^am V. plane scribere statui, ut, quante mihi cure sit Sue Altitudinis salus, intelligere posset et ut, si ipsum Vicentium ad se venire desideraret, me certiorem faceret. Equum enim et opere pretium erit, illi viaticum dare, et certe credo, quidquid ea expenderit, bene erogatum fore, cum in rem tam necessariam impendatur. Vidi enim, ut in priori harum literarum parte dixi, mirandas curationes ab eo factas. Itaque de hac re plura non scribam, ne eius prudentie diffidere videar . . . Mediolano Nonis Februarii 1573. G. V.

M. St. A. K. schw. 486/1. Orig.

Nr. 96. 1573 Februar 11. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Verhandlungen mit Krystallschneidern. Besprechungen mit dem Ferraresischen Gesandten. Schickt Pflanzen- und Blumensamen.

Ser^me Princeps. Post discessum Antonii Scalae fabros nonnullos crystalli caelatores convenire non destiti. Duos autem alios inveni praeter caeteros, quorum Ex^am Tuam literis meis certiorem feceram. Quam condicionem expostulent, exacte videbit ex inclusa schedula.[2]) — Ter oratorem ill^mi ducis Ferrariae forte inveni; qui me semper sponte interrogavit, anne de matrimonio illo aliquid intellexerim, aut si ex mandatis, quae ex Ex^a Tua suscipio, possum aliquid ad hoc attinens coniectura assequi. Ego vero semper nihil audivisse respondi nec aliquid ex mandatis posse me coniicere. Semper autem et in posterum hoc pacto respondebo, preterquam quod si Ex^a Tua mihi aliud iusserit. — Gulielmus Pusterleus anno circiter cum dimidio inservivit Mantuae ill^mo domino duci Caesari Gonzagae;[3]) sed cum nuper omnes eius mares liberi mortui sint preter unum, decrevit Mediolanum redire et eundem eius filium nuptui dare. Venit itaque triduo ante Dominicae Nativitatis festum diem, sed semper hucusque ruri egit. Nunc primum advenit, et ego ipse volui adolescentem coram intueri. Is Vitellianus appellatur. Annum agit vigesimum et ex eius corporis intuitu iudico non decere eum tanquam puerum inservire debere, sed tanquam nobilem. Attamen credo, quod non opus sit, ut Ex^a Tua aliquam hac de re habeat rationem, si ipse uxorem ducet. — Herbarum florumque nonnullorum semina mitto nec plura hac tempestate habere potui. — Negotia omnia quae Ex^a Tua mihi in

---

[1]) Cf. oben Nr. 69 und 86 S. 285 und 294.
[2]) Fehlt.
[3]) Cesare I., Graf von Guastalla (1557—1575). Oder statt Guglielmo G. (1550—1587)?

mandatis dedit, tracto quidem; attamen nulla fere perficio; hoc autem fortunae, non mei causa evenire scito. Quomodo unum quodque singillatim se habeat, non scribo, ne ab re aures eius obtundam. Monebo autem, quum primum absolvero. Vale. Dat. Mediolani 11. Februarii 1573.

P. V.

Aussen v. a. H.: Pr. München den VI. Martii a° etc. 73.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

Nr. 97. 1573 Februar 18. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Ueber die ferraresische Heirath. Nachrichten aus Rom darüber. Aufträge.

Ser^mo Prencipe. Ho ricevuto la lettera di V. E. deli XX dil passato, à la quale rispondendo dico, che circa à quanto ella mi comanda, ch' io debbia negotiare con l' ambasciatore dell' ill^mo s^r duca di Ferrara, ho giudicato bene à non farne altro, credendo io di havere sodisfatto compitamente à la volontà di V. E. sin a la prima volta, che egli mi parlò. Io ho scritto à V. E. per un' altra mia, che il detto ambasciatore molte volte mi ha trovato à caso, e sempre lui volontariamente, senza che io cominciassi a parlare, si è mosso a domandarmi, se io haveva nova alcuna dil matrimonio overo se da le commissioni, che V. E. mi da, io posso congiettturare cosa alcuna pertinente à questo negotio. E che sempre gli ho risposto, che ne ho avuto aviso, ne lo posso pensare da niuna cosa, che V. E. mi comandi. Così dirò ancora per lo avenire, eccetto che se V. E. non mi comandarà particolarmente in contrario. — Mi pare bene però di avisare V. E., che negli avisi[1]) ultimi di quelli che sogliono venire a Milano di Roma ogni settimana a diversi gentil' huomini particolari, gli era, che il duca di Ferrara era andato à Roma per negotiare con S. S^tà di haver licenza di potere lasciare il ducato ad un suo parente, chiamato credo don Francesco da Este, in caso che il detto duca non possa haver figlioli. E di più per havere lui il titolo di granduca, il quale dicono, che già fu conceduto da papa Alessandro Borgia sesto ad un suo predecessore. — Gli era ancora sopra i detti avisi, che il detto duca haveva havuta la dispensa da S. S^tà di poter pigliar per moglie la sorella di V. E. — Credo che V. E. havrà saputo queste cose per altra via; non dimeno io non posso mancare, come servitore fedele et amorevole ch' io le sono, di avisarla dil tutto, dove si tratti di cosa a Lei pertinente. E così farò sempre ad ogni occasione. — A lo Scala commisi io da parte di V. E., che dovesse con quella maggior destrezza, diligenza e secretezza che havesse potuto, far ricapito prima da V. E. e poi da l' altissimo s^r Suo padre, e così mi promise di fare e credo che così havra ancora fatto. — Al Negrone ho io scritto di subito quanto S. E. mi ha commandato. Di Milano à li 18 di Febr° 1573. P. V.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

Nr. 98. 1573 März 3. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Empfang verschiedener zurückgesandter Gegenstände (darunter irrthümlich des Bildchens von Correggio). Aufträge. Nachricht über die Papst- und Kardinalporträts in Como und über die Preise der Kopieen.

Ser^me Princeps. Ex duabus epistolis meis, quarum altera XI, altera XVIII preteriti mensis data erat, potuit Ex^a Tua aliqua intellexisse. Literis autem Ex^ae Tuae prid. Kal. Febr. datis parum est quod respondeam. Freni et sustentaculorum delineationes recepi et reddidi. — Cupidinis illius pretium sepius tractatum a me fuit et facile de omnibus convenissem, margaritae autem illius insignis magnitudinis, qua insidebat, pretium nunquam pacisci potui. Quapropter cum 250 coronatis non acquieverit, misit statim Taurinum, et nuper mihi retulit, se Allobrogum duci 300 coronatis vendidisse. Ego quidem diligentia non defui et valde egre fero, me hac in re non potuisse nec Ex^ae Tuae nec mihi ipsi, qui hoc valde exoptabam, satisfacere. —

---

[1]) Zeitungen.

Scribit Ex^{a} Tua, ut saltem aliud illi simile transmittam. Ego vero conveni cum eodem fabro, ut aliud simile monile suo periculo conficiat. Et quoniam margarita adeo magna non erit inveniri, Cupidinem alicui belluae aut, quod mihi magis arridet, caelestium sphaerarum orbi insidentem effinget, ea tamen condicione, ut, si, quum primum illud absolutum erit, Ex^{ae} Tuae non placuerit aut pretium non poterit secum pacisci, suum ipse habeat nec Ex^{a} Tua obligata sit emere. Non poterit perfici citius quam 4 mensibus. Poterit Ex^{a} Tua hac in re suae me sententiae certiorem facere quam primum. — Nudius quartus Antonius Scala incolumis ad nos rediit et illam parvam quidem, verum excellentem Antonii Corrigiensis picturam ad me tulit. Eam iam pridem nomine Ex^{ae} Tuae emeram, et ipsius pretium mihi iam persolvit. Nescio an id errore factum sit, ut ea ad me transmitteretur, an quo pacto. Quod si Ex^{a} Tua eam renuit, ego eandem libenter apud me retinebo, et ipsa 20 coronatos poterit ex inserto indice impensarum demere. — Ensem illum, qui ictu valde protenditur, iam tandem confectum Ex^{ae} Tuae largior; prima quaque occasione eam non desinam istuc mittere. — Hodie litterae Baptistae Negronis redditae mihi sunt et easdem ad Ex^{am} Tuam mitto. Aliis quibusdam literis Ex^{a} Tua mihi iusserat, ut numerum pontificum ac cardinalium Novocomi existentium perscriberem, et an in minori forma redigi possent et quanto pretio. Ego vero servum meum data opera Novocomum misi, ut omnes exacte describeret. Qui autem et quot sint, ex inclusa schedula[1]) percipiet. In minimam formam redigi poterunt; et pictor ille excellens quatuor coronatis singulum oleo impinget absque pyxidum pretio. Eandem condicionem accipiet Augustus Decius, pictor accuratissimus, et eo picturae artificio finget, quod ‚miniatura' Italico idiomate appellamus. Joannes Baptista Puteus, qui Crucifixi delineationem adumbraverat, quam iamdudum Ex^{a} Sua vidit,[2]) duobus coronatis oleo in minimam formam pinget. Omnes autem quatuor mensibus omnes absolvent. Pyxides autem si Ex^{a} Tua voluerit ex ebore confici, insignis faber ille circiter 14 coronatis 26 pyxides faciet; ex ebeno autem 10 coronatis; si autem ex ligno, quod ‚nasso'[3]) appellamus, 6 coronatis; si autem voluerit ex alio ligno utpote buxo, nuce aut ligno illo, quod ‚gengiovino' appellamus,[4]) 4 coronatis. Si Ex^{a} Sua aliquid hac de re statuerit, optimum factu esse iudico, ut ad me pyxidem unam illarum apud se existentium ad me transmittat, aut saltem illarum concavi diligentem mensuram, ut omnes eodem metro fiant, nec aliquae imagines maiores, aliquae minores existant. — Cardinalis illius Carafae, qui Pio IIII pontifice suffocatus fuit, imaginem omni diligentia quaesivi nec usquam Mediolani reperii. Novissime autem amicus quidam meus Neapolim hac de causa scripsit; quid autem effectum fuerit, cum responsum habuero, Ex^{am} Tuam certiorem faciam. — Bobba et Sorbellonus cardinales in Insubria non degunt, sed Romae. Quod ad Borromaeum attinet, ego ex eius aulicis intellexi, quod ultro non sineret se pingi, etiam si ego ipse hanc gratiam ab eo peterem; imo nec si pontifex nec imperator hoc postularent. Hac de causa nec nomine meo nec Ex^{ae} Tuae eum volui hac de re alloqui. Spero autem cito alia via me eius habiturum imaginem. Vale. Dat. Mediolani 3. Martii 1573. P. V.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

Nr. 99. 1573 März 5. Gasparo Visconti an Herzog Wilhelm.

Schickt Preisliste von verschiedenfarbigen seidenen Borten und Kleider. Entschuldigt den Francesco Trezzo (Krystallschneider) wegen seines bisherigen Ausbleibens.

Ill^{me} atque Ex^{me} Princeps. Ternas eodem die accepi literas ab Ex^{a} V. mihi sane iocondissimas . . . Remitto sex genera cordularum, que diversis serici coloribus ex vestra sententia sunt comutanda, ut illa et considerare pretium et statuere possit, quid ex sententia placeat. Ego vero adhibui summam diligentiam, ut quanto villiori pretio fieri posset, compararentur, et mitto cedulam preciorum onciarum et brachiorum; ex quibus Ex^{a} V. possit ad integrum videre et postea mihi quid placeat comittere. — Mitto preterea specimen aliorum sericorum et

[1]) Fehlt. [2]) Cf. oben Nr. 50, 58, 63. [3]) Taxusbaum. [4]) = zenzuin? (Cherubini, Vocab. IV, 545: Hagebuttenstrauch.)

pariter alia specimina operum auri et argenti et serici pro ornamento penule nigre honestissime atque illustrissime uxoris Sue; in quo mihi erit gratum intelligere, que collorum genera placeant. Quatuor penule nigre istuc transmittentur post festum Paschatis, quia nihil boni in eo genere in presentia est; sed afferentur brevi albe quidem, que postea electe ad infectorem transmittentur. Ego vero curabo, ut optime tingantur. Erit etiam mihi gratum scire, an penule uxoris ill^me debeant confici suis cocullis,[1]) ut mares circonferre solent, an alio modo et ornamento. — Ostendi literas Ex^e V. Francisco Tricio, ut ei veniendi animum facerem, quanto citius iis mihi ostendit vasa confecta, que ad Ex^am V. sunt transferenda, in quibus, ut ego iudico, dillationem operum diligentia mihi in eum irato restituit. Est tamen certum, duas tarditatis occasiones illi esse ortas: alteram quidem causam morbi soceri sui, alteram vero pueri habitantis in eius officina, qui operculum cristalinum fregit. Tricius autem mihi fidem dedit, se istuc venturum post dies Paschatis festos cum quibusdam operibus, que ego artificiosissime facta esse cognovi. Admonui, ut istuc Lanzottum recta veniat, ne in aliquos, ut Scala, incidat. Is autem mihi iuravit se non defecturum. Quamobrem Ex^a V. dignetur, queso, admonere, ubi terrarum ipsa erit, ut Tricius scire possit, quorsum veniat. De medico mittendo causa altissime socrus Sue expecto, quid sit agendum. Mediolani tercio Nonas Marcii 1573. G. V.

Dazu gehörig:

N° 1. Il lavoro di setta baretina, qual va mutato a setta incarnata, fara braza 3, como e longho il filo mandato per Sua Excellentia, et costara lire 4 β 15 per onza.

N° 2. Il lavoro cum setta negra, qual va mutato cum setta baretina, fara braza $4^1/_2$ per onza, como è il soprascripto filo, et costara l. 4 β 15 per onza.

N° 3. Il lavoro di setta verde fara braza cinque per onza, como e il soprascritto filo, et costara l. 4 β 10 per onza.

N° 4. Il lavoro cum setta morella, qual va mutato cum setta negra, fara braza 4 per onza, como e il sopradetto filo, et costara l. 4 β 10 per onza.

N° 5. Il lavoro cum setta turchina, qual va mutato in colore rosso, fara braza $1^3/_4$, como e il sopradetto filo per onza, et costara l. 4 β 15 per onza.

N° 6. Il lavoro di setta incarnadina, qual va mutato di setta Turchina, fara braza $1^3/_4$ per onza, como e il sopradetto filo, et costara l. 4 β 15 per onza. Questi sopradetti sono quelle sei sorte de lavori, che ha ellecto S. Ex^a placerli, ma che se li mutti le sette como di sopra; et cossi exequiro. Ma li rimando una altra volta, adtio[2]) che la resti bene satisfacto. Et poi una altra volta V. Ex^a sera servito remandarmeli adtio possi sapendo S. Ex^a il costo di farli expedire, se li sera in piacere.

Questa e una altra notta dil costo delli lavori di setta negra per guarnire cappe et salii[3]) per S. Ex^a et per la ill^ma et nobilissima s^ra Sua amantissima consorte, patrona mia colendissima:

Li lavori di setta negra larghi farano circha a braza 6 per onza et costarano β 36 per onza.

Li lavori piu strecti farano circha braza 10 per onza et costarano anchora loro β 36 per onza.

Li mando poi anchora 9 altre mostre di lavori doro, adtio S. Ex^a si degni esser servito di fare la scielta di quella sorte, li piacera per guarnire il feltro negro secondo mi ha facto scrivere per la ex^ma s^ra principessa, Sua benignissima consorte, insieme cum la notta dil costo dele braza et onze.

Il lavoro largho doro et argento fara brazo 1 per onza et costara lire 5 β 5 per onza.

Il lavoro tutto di argento fara braza $2^1/_2$ per onza et costara l. 5 β 5 per onza.

Il lavoro de oro argento et setta fara braza $2^1/_2$ per onza et costara l. 5 β 5 per onza.

Il lavoro largho oro argento et setta negra fara brazo $1^1/_4$ per onza et costara l. 5 β — per onza.

---

[1]) Oberkleid, Kapuze. [2]) = acciò. [3]) = saii, Ueberröcke.

Il lavoro di oro et argento cum setta negra strecto fara braza 2 per onza et costara l. 5 β — per onza.

Li sopradetti lavori sono per guarnire il feltro negro di la ex^ma s^ra principessa, cioe uno qual li piacera piu.

Di una altra sorte de lavori per fare la medema guarnitione al detto feltro.

Il lavoro doro argento et morello rizzo li na va[1]) braza 2 per onza costara lire 6 β — per onza.

Il lavoro di oro argento et setta negra largho fara braza 3 per onza, costara l. 5 β — per onza.

Il lavoro argento rizzo et turchino fara braza tre 1/2 per onza, costara l. 4 β 15 per onza.

Il lavoro doro cum setta et fiochetti cremesile fara braza 3 1/2 per onza, costara l. 5 β — per onza.

M. St. A. K. schw. 486/1. Orig.

Nr. 100. 1573 März 11. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Empfang zurückgesandter Gegenstände. Aufträge. Ueber das Bild des Correggio und das aus der Schule Tizians. Schickt Samen der Sonnenblume.

Ser^mo Prencipe. Ho ricevuto la lettera di V. E. data à li 18 dil passato, insieme col vasetto in forma di navicella; il quale ho trovato rotto in molti pezzi e talmente che non è da farne altra consideratione. Mi duole de la disgratia dil caso occorso; però pacienza. Io l' ho fatto vedere da alcuni maestri, intendenti di questa arte, e conchiudono, che sia possibile che si sia rotto per l' estremo freddo. Se V. E. vorrà, ch' io glie lo rimandi, lo rimandarò; ma in ogni conto non se ne potrà valere in niuna cosa. — Ho ricevuto ancora li pontali e li bottoni e li ho restituiti. E perche V. E. vole saperne il prezzo, io dico che li doi pontali maggiori costaranno circa a mezo scudo l' uno. De li doi minori, quello che è fatto a tronchi, costarà circa ad otto bazzi; l' altro circa a tre bazzi. Li bottoni costaranno circa ad un fiorino la dozena; ma io non posso dire compitamente l' ultimo prezzo. Se V. E. si risolverà, che io ne faccia fare, io non mancarò poi di haverne quel miglior mercato, che sarà mai possibile. Feci intendere à i maestri intagliatori di cristallo la mente dell' altiss^o Suo padre. Spero che doppo l' ottava di Pascha io spedirò il servitore dil s^r Gasparro da V. E., poi che il maestro ha promesso di darmi i vasi di cristallo à quel tempo. E se io non lo spedirò, sarà la colpa solo dil detto, il quale mi mancarà. — La tela d' oro già alcuni giorni fa è finita et l' ho appresso di me e la mandarò insieme. Similmente se gli sarà alcuna altra cosa fatta à quel tempo, si mandarà dal detto messo. — Circa à le imagini de cardinali credo di haver scritto à bastanza nelle altre lettere mie. Nelle quali ancora che io habbia dato conto dil negotio dil quadro dil Scala, non dimeno io glielo repplico di novo e dico: che il quadretto picciolo con molte figure pinte di mano di Antonio da Correggio, io lo comprai per 20 scudi per V. E., e nelle liste dei conti V. E. ne l' ha sodisfatto. L' altro maggiore di Judit overo Erodiade che si sia, pinto dai discepoli di Titiano, io credo havergli scritto, che lui ne voleva 40 scudi; ma in ogni conto che V. E. lo dovesse intratenere sin che 'l Scala arrivasse. Ma perche V. E. mi scrive che farà vedere nei soi libri giornali la verità più sicura, io desidero che in questa parte pigli ogni sodisfattione possibile, e sopra di questo io aspettarò particolar risposta. — Io mando una certa semenza portata di Spagna, chiamata fior di sole. Bisognarà piantarla questa primavera; e come sarà cresciuta un palmo, bisognarà ripiantarla appresso ad un muro, che sia opposto al mezzo giorno, e piantargli apresso un' hasta, si come io ho già veduto in Alemagna apresso à i lupuli, de quali si fa poi la birrà, et andare ligando à la detta hasta di mano in mano, che andaran crescendo. — Io ho longamente cercato e fatto cercare con diligenza uno che

---

[1]) So ganz deutlich im Original, aber ich vermag nicht anzugeben, was die Silben bedeuten.

facesse quei salti mortali, si come già mi commise; et ultimamente io credeva di haverne uno per via di Bologna. Ma hor hora sono venute lettere di la, per le quali intendo non esserci hora alcuno. Se per altro tempo verrà l' occasione, io non mancarò di trattare il negotio, dando aviso dil tutto a V. E. prima ch' io stabilisca fermamente alcuna cosa. Di Milano a li 11 di Marzo 1573. P. V.

Aussen v. a. H.: Pr. Munchen den VI. Aprilis 1573.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

Nr. 101. 1573 März 25. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Aufschlüsse über den Herzog von Ferrara. Bittet um ein Chiffernalphabet.

Ser^mo^ Prencipe. Hor hora un' amico mio mi ha detto, che è arrivato il locotenente de la guarda de i Tedeschi dil duca di Ferrara, il quale va in Germania per trovar soldati per guarda dil duca di Urbino, et che il detto locotenente gli ha referto, che li medici hanno conchiuso, che il detto duca di Ferrara è in tutto sterile e privo di speranza di poter haver figliuoli, atteso che il seme suo è troppo liquido, freddo, acqueo et privo d' ogni tenacità et viscosità, et questo poter essere causato dal notare, dil che esso duca ne ha fatto gran professione. Potrebbe essere ancora che questa cosa non fosse vera, ma che alcuni per malignità andasero spargendo tal fama. In ogni conto V. E. ne faccia quella consideratione, che è conveniente ad un caso di tanta importanza. Mal voluntieri fò questi uffici di mala gratia, e tanto più contra prencipi di tanta portata; però io sono tanto desideroso et obligato di servire V. E., ch' io non ho potuto mancare ne mancarò già mai. Io havrei scritta questa lettera in zifra, s' io l' havessi havuta, però V. E. sarà contenta di mandarmi un alfabeto, acciò che per l' avvenire io possa più sicuramente secondo le occasioni dargli conto d' ogni occorrenza circa di questo negotio. — V. E. conosce la scrittura di mia mano et se bene la presente non è nè sottoscritta nè sigillata, spero però ch' Ella conoscerà ch' io sono . . . . . Data alli 25 di Marzo 1573.

Ml. Tr. 168 f. 27. (Kopie.)

Nr. 102. 1573 April 1. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Aufträge. Erbittet nähere Mittheilung über gewünschte Rüstungsgegenstände.

Ser^mo^ Prencipe. Ho ricevuto la lettera di V. E. de li XI dil passato, à la quale brevemente rispondo e dico, che io feci intendere al Scala ciò che V. E. mi scrive circa à quei pezzi di pietra verde, per fare un fornimento da spada. Ma perche lui medesimo risponderà per la sequente posta, io non dico altro. — A li maestri intagliatori di cristallo dissi parimente quanto V. E. comanda. Quel pezzetto di cristallo, che fu mandato per mostra, che V. E. tiene per se, io l' ho pagato. Ultimamente V. E. mi scrive havermi comandato, ch' io facessi fare 12 fornimenti di spada come quello, che poco fa gli mandai, sei dorati e sei argentati. Et io non mi trovo havere questo sopra memoriale de le cose, che mi commise à la partenza mia di Baviera, ne mi trovo havere altra lettera di V. E., che questo mi comandi. Altro fornimento di spada non le ho io mandato sin hora, se non quello di mano di Ferrante de la Lima. Ma se V. E. li vuole di mano dil detto Ferrante, oltre che costaranno molto, non saranno anche fatti in un anno, e sarebbe un guastare la loro politezza à volerli far dorare ne argentare. Se li vole di altro maestro su la medesima foggia,[1]) io mi adoperarò per farli fare; ma temo che non restarà sodisfatta, et in queste bande non si usano con tale manifattura argentati ne dorati. In caso che V. E. li volesse di altra maniera, mi dia aviso, quanto vorrà

[1]) Gestalt, Form.

spendere per spada apresso à poco, per che gliene saranno di molti prezzi; ch' io non mancarò di trovarne di qualche foggia vaga. Mi potrà ancora avisare, se li vole con le lame o senza, se vole le cinture e pugnali o come. — A la venuta dil servitore dil s^r Gasparro, il quale portarà la tela d' oro et i bichieri di cristallo, spero di mandare la spada argentata, lavorata ad onde, et ancora la spada da longare, ch' io ho donata à V. E. Mi sforzarò ancora di mandare più mostre de drappi che saranno possibili. Di Milano al primo di Aprile 1573. P. V.

Aussen v. a. H.: Pr. München, den 12. Aprilis 1573.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

Nr. 103. 1573 April 23. Gasparo Visconti an Herzog Wilhelm.

Unterhandlungen mit Krystallschneidern.

Ill^me et Ex^me Princeps. (Ab Ex^a V.)[1]) literas accepi sexto Kalendas Aprilis datas, ex quibus nobis . . .[1]) Augustanum ad nos misurum intelexi; quem reddet certiorem de Ex^e V. volontatem; nos omni studio, diligentia ac volontate confici curabimus. In arte cristalina tres i(u)venes in arte peritos(!) pervenerunt mihi; ex quibus unus Hieronimus Vaver, alter Joannes Baptista Isac et alter Caesar Fidelis apellantur, quos(!) summopere Ex^am V. inservire cupiunt. Et secum afferent diversa exempla, que ipsi diversis temporibus fecere. De pretio autem suo omnia ad Ex^am V. remittent. Et quoniam ad servicia sua illic permanere cupiunt et hoc modo Ex^a V. inserviretur, ut in futurum similis rebus abondaret, isti vero omnia sua instrumenta et quidquid opus fuerit, secum aufferre vellent, ut istinc diu permanerent; ut certiorem sim factus, dignetur inservire, si isti placebunt, quia quottidie me sollicitant, et si in servitia Ex^e V. opus erit, ut denumerem eos 20 cronos vel circha propter viaticum, cum mandato suo libentissime dabo. Spectabilis eques Rubeus nonnullas missuras Ex^e V. mihi dedit literas, quas nunch(!) mitto alligatas . . . Data Mediolani die 23. Aprilis 1573. G. V.

Aussen v. a. H.: Pr. Augs. den 6. Mai 1573.

M. St. A. K. schw. 486/1. Orig.

Nr. 104. 1573 April 24. Prospero Visconti an Herzog Ferdinand.

Nachrichten über die Mailänder Dame (cf. Nr. 88). Schickt die canzoni des Girolamo Conversi.

Al duca Ferdinando.

Ill^mo et Ecc^mo S^re. Due volte almeno mi è occorso a parlare con quella signora, de la quale gli scrissi nell' altra mia, e sempre mi ha domandato, s' io haveva nova di Baviera e se era gran tempo, che V. E. non mi haveva scritto. Io gli risposi che sovente io haveva lettere dil signor duca, Suo fratello, ma di V. E. che io non haveva mai più inteso altro. Io vedo che gli piace assai ragionare di quel paese, ma molto più di V. E. Mi è parso dargliene avviso per non mancare di quel debito di servitù che tengo a V. E. — Mando a V. E. le canzoni di Gierolamo Conversi, le quali a mio giudicio sono molto vaghe e gentili, et benchè ella habbia appresso di sè l' eccellente musico Orlando Stanco, volsi dire Lasso, il quale è sempre abondevole di mille belle compositioni, non di meno credo, che non le debbia dispiacere di odire ancora queste. Altro di meglio non gli ho da potergli mandare a questa occasione e me ne rincresce. In ogni conto Ella presupponga, ch' io son quel tutto suo amorosissimo servitore che già me gli dedicai. Et la prego a voler tenere memoria di me. Però fate voi. Di Milano a li 24 d' Aprile 1573. Di V. E. fedelissimo servitore et interprete in Italia. P. V.

Ml. Tr. 168 f. 28'. (Kopie.)

---

[1]) Das Original ist oben links und rechts etwas defekt.

Nr. 105. 1573 Mai 13. Gasparo Visconti an Herzog Wilhelm.

Abreise seines Dieners Domenico della Piazza mit verschiedenen Gegenständen. Abschluss mit Francesco Trezzo. Erbittet eine Uhr.

Ill^me atque Ex^me Princeps. Aceptis(!) literis Ex^e V. a Nicolao Heller Augustano, quecunque in iis continebatur(!) omnia sum executus eaque per Dominichum Platensem et Ex^e V. et mihi servientem transferenda dedi eique equum mihi servatum et ellectum, quo melius Ex^e V. inserviret, libenter ad opus tradidi; et etiam eidem cedulam consignavi omnium expensarum; que quidem summa fide et quoad potui diligentia sunt facte. Ex quibus Ex^e V. supplico, ut Alexandro filio meo curet numos aureos 32 numerari, que pecunie erunt ad supplimentum provisionis (provision) finite tempore Paschatis resuretionis preteriti, conputatis tamen rebus ab eo habitis in presenti. Specimina operum que ab Ex^a V. pretio expostulata fuere a me dono quamvis levia munuscula illi traduntur. Propterea dictus Plateensis affert in meo volucro (in meinem pachet oder püntlein) quecunque Suo nomine a Prospero Vicecomite coempta fuerunt, quemadmodum ex literis ipsius Vicecomitis facile intelliget. — Istuc venit Franciscus Tritius et fer(t) secum vasa cristallina (cristallinne geschür), diu a me et diligentissime requesita(!), quamvis sepe dubitarim, ne propter dillationem Ex^a V. mihi aliquantulum subirasceretur. Conveni igitur cum eo, quemadmodum alias scripsi, pretio 130 aureorum ultra oras aureas illis superaditas pretio cronorum 12 (über die guldene zuegegebne ürlein so 12 cronen wert seind) asium 74 cum dimidio, et pro operis in conficiendo cronorum 5, ut Ex^a V. facile videre poterit in alligata cedula ab ipso fabro manu propria confecta.[1]) Ego vero valde cupio et presertim ab Ex^a V., quam semper cum admiratione intueor, habere orologium in mensa continendum, affabre et diligenter confectum, quod mihi amore Ex^e V. equo pulsu oras designet; et interim mihi parcat, si fronte perfricata, summa tamen cum osservantia munus mihi gratissimum futurum postulo. Polliceor tamen per occasionem nequaquam ingratum fore. Jam pluribus mensibus scripsi Cesarem Binagum ad Ex^am V. cum multis prestantibus rebus et summi valoris esse venturum, quod quidem ille in presentia facit. Mihi tamen retulit quecunque earum pretia equa et honesta se iudicio Ex^e V. comissurum; quod sepius sine ullo dubio promissit. Sed his(!) satis. Quod reliquum erit pretii rerum per Platensem missarum, cum primum Ex^e V. placuerit, poterit mittere, ut commodius merchatoribus satisfieri possit . . . Data Mediolani die 13. Maii 1573. G. V.

Aussen v. a. H.: Pre. Münch. 25 Mai 1573.

M. St. A. K. schw. 486/1. Orig. und dabei deutsche Uebersetzung.

Nr. 106. 1573 Mai 15. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Empfang von Briefen, Geld und zurückgeschickten Sachen. Erledigung der Aufträge. Sendung verschiedener Gegenstände (darunter des Correggio-Bildchens und von Waffen).

Ser^me Princeps. Binas Ex^ae Tuae litteras reddidit Nicolaus Heller, alteras quidem quarto Nonas, alteras octavo Idus Aprilis ad me datas; primis non est quod respondeam, secundis autem dico, me tria illa frusta lapidea (die drei staine stuck) accepisse et iam convenisse artifices, qui ea elaborent, quemadmodum mihi in mandatis dedit. Nolui tamen eos hucusque incepisse, quandoquidem nolunt opus suo periculo suscipere; ipsi enim contentantur omne studium adhibere, ne in eis elaborandis aliqua pars efrangatur; quod si frangeretur, nolunt mihi lapidis pretium persolvere; ego vero volui prius Ex^am Tuam hac de re certiorem facere. Primum 35 coronatis, secundum 20, tertium 10 efingent et forsitan etiam minori pretio. Credunt autem, quod duo maiora non suscipient elegantiae nitorem, quem ‚polimento' Italice appellamus. Tertium quoniam pulcherrimum est et ob eius pulchritudinem aliis valde dissimile et Ex^a Tua arbitrio meo committit, iudicavi melius esse, ut ex eo fingeretur vasculum ad pastillos odoresque recondendos. Si aliquid hac de re statuet, opus erit, ut alia frusta ad me mittat, ut earum

[1]) Fehlt.

bases (die fueslein daran) confici possint. — Acciculae crystallinae quae ‚puntali' appellamus (die cristalline stöften), nunc fiunt; statim atque perfectae erunt, eo mittam. — Cardinalium imagines musei Novocomi ut pingentur(!) distuli, quousque Borromei cardinalis imaginem ad Ex^am Tuam mittam, quae propediem absoluta erit. Ex ea enim facile coniiciet pictoris peritiam et statuet, anne velit, ut idemmet alias pingat. Parvas pixides (klaine püchslein oder geschür) ex ebore confici iubebo, quemadmodum Heller mihi retulit, licet pictores ex ebeno magis suadeant. — Litteris quinta Aprilis ad me datis nunc respondeo; dico autem, me opus illud tornatile (das gedraet werk) libentissime accepisse et quamvis laxato glutine frusta in vasculo illo vitreo aliquantisper fluitarent (wiewol die stüklein in dem gleserten geschür etwas bewegt und der leimb aufgangen gwest), visum tamen mihi est rarissimum et gratias ago. 37 coronatos a Nicolao Heller accepi; magis etiam sunt, quam id quod Ex^a Tua mihi debuerat.[1]) — Sericorum exempla (die seidene muster) accepi; similis coloris tingi iussi; proxima occasione ad Ex^am Tuam mittam. At serici illius villosi, quod ‚veluto' appellamus (des rauchen sammats) unius quidem generis qualecunque sit, ulnam mitto, alterius autem, cum eiusdem coloris non invenerim, non mitto. — Accepi quoque notas illas incognitas, quas ‚zifra' appellamus; data opportunitate eodem utar alphabeto. — Ensem qui ictu valde elongatur (das lang rappier zum stich gericht), tandem ad Ex^am Tuam mitto et largior; et quoniam noctu deferri solet, atro colore ornatus est (ist es schwarz geschmelzet); et quamvis non sit admodum elegans, placebit tamen Ex^ae Tuae, novi huius artificii inventum videre. — Mitto Antonii Corrigiensis picturam, mitto item telam auro iam dudum intertextam (sambt der leinwat mit golt gewürkt); mitto preterea 12 ensium manubria (12 rapir gefäs, knopf und creuz), 6 quidem argentea, totidem autem aurea. — Pugionem item et alia ensis ornamenta crassiori bractea argentata accipiet una cum cingulo (sambt ainem dolchen gürtel und breutteren klingen gefäs auch übersilbert). Defert et Dominicus praesentium lator plurima ad vestes conficiendas exempla (muster zue claidungen), quibus unicuique pretium inscriptum est; poterit Ex^a Tua eidem servo ad me dare referenda, sin minus cogerer ego mercatoribus persolvere. — Defert etiam nonnulla vasa diversis ex lapidibus confecta, quorum indicem ex inclusa schedula videbit;[2]) si omnia aut aliqua sibi placuerint, poterit retinere eo pretio quod inscriptum est quod quidem est minimum, ad quod dominum redigere potuerim; sin minus contentabitur, eidem servo dare referenda; haec eadem sunt, quorum iamdudum delineationes (derselben conterfet) miseram, nec antea unquam ea potui mittere. — Advenit tandem a pedibus servus meus, qui diutissime apud Ex^am Tuam moratus est. Egre fero, tantum incommodi Ex^ae Tuae attulisse, sed cum rerum mearum ea sit hac tempestate conditio, ut alia in re non possim compensare, perpetuis tamen offitiis ac studio non desinam inservire, quemadmodum maxime et debeo et cupio. Vale. Dat. Mediolani die 15 mensis Maii 1573. P. V.

Aussen v. a. H.: Pr. München 27 Mai 1573.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig. und dabei deutsche Uebersetzung.

Nr. 107. 1573 Mai 22. Johann Anton Scala an Herzog Wilhelm.

„Stellt von Mailand aus seine Geld-Abrechnung und berichtet wegen Geschirren und Prätiosen." (Aelteres Regest.)

Durchleuchtiger hochgeborner fürst, genediger her. Ich hab aus bevelch des hern Seräfhin von Taxis etc. von E. F. G. wegen von den hern Johann Tomaso Dario Crinello und Petro Antonio Magnacavallo banchier alhie zu Mailand also par empfangen V 195$^2/_3$, die V zu 118 β, welches zwen und neunzig kreizer macht für jede V und den gulden zu 60 kreizern gerait, also das nit mer dan die 40 V noch aussten, wie dan E. F. G. schon bericht seind, als

---

[1]) Cf. M. R. A. Fürstensachen t. XXIX f. 16 (Guthaben der Fugger) A° 1573: Den 8. dis (sc. April) dem Niclausen Heller wegen Ir. F. G. 37 V in golt geben mit bevelch dem sig^or Prospero Visconte in Mailant zuezustellen; rechnen wir zu 92 k. — fl. 56.44.

[2]) Fehlt.

mir der s^{or} Prospero Visconte selbs anzaigt hat. So hab ich bei des s^{or} Casparo Visconte diener E. F. G. das muster der zwai geschir zuegeschikt, seind aber die geschir noch vil schöner, und do es E. F. G. gefällig, wil ich noch vil ander schöns ding hernach bringen. Desgleichen hab ich auch E. F. G. zu einem muster ein ketten von cristal in gold eingefast zuegeschikt. Darmit tue E. F. G. ich mich ganz underteniclich bevelhen. Datum Mailand den 22. Mai 1573. E. F. G. underteniger diener Johan Ant^{o} Scala.

M. R. A. Fürstensachen. Specialia lit. C fasc. XXXVIII Nr. 426 (in deutscher Uebersetzung).

Nr. 108. 1573 Juni 22. Hans Ciurletta an Herzog Wilhelm.

Ueber den Transport der von Prospero Visconti geschickten Marmorstatue (cf. Nr. 70).

Hochgeborner fürst, gnediger her . . . Derselbig genedig antwortschreiben vom 8. Mai negstverschinen hab ich mit gebirender reverenz empfangen. Das ich aber E. F. G. nit ehender dariber beantwurt, ist geschechen, das ich imertar vermaint, die bewist antiquitet hinaus unzt gien Hall ins Inntal zu schicken, in erwögung, das von danen im ainem schif auf dem Innstraum mit wenigern uncösten gien Milldorff oder Alten-Ettingen vand(!), von dannen auf scherber fuer unz gien Lanzhuet, welches mich das allergelegenst ze sain gedeucht, und wie gemelt mit wenigistem uncosten dardurch auch Minichen aus denen von E. F. G. selbs andeiten ursachen umbgangen werden mag. Dieweil aber hie ein guete zeit her ain ungewandlich ser gros regenweter gewöst, dardurch die lantstrasen und vil pruggen verrent worden sein, als E. F. G. Jacoben türhieter gnediclichen wol vernemen und versteen werde, hab ich die uberschikung gedachter antiquitet unzther und also lang die pruggen sunderlichen wider erpaut und gemaht sein, einstöllen müesen. Und es E. F. G. gnediclich fur guet ansechen ainem der obemelten zwai ortenpflegern gien Milldorff oder Alten-Ettingen schreiben und bevelch ze lassen, wan die antiquitet bei irem ainem ankomen tet, wer meines undertenigen erachtens nit unratsam. Dergleichen vermainte dieweil wegen des grosen uncosten auch geferlikeit der weg halber nit wenig glägen, ainen mainer diener damit zu schicken, und solches umb merer versicherhait und schleiniger befiderung wegen. Wil also von E. F. G. verers ires gnedigen bevelch hie iber underteniklichen gewardent mich darnah haben . . . Trient den 22. Junis a^{o} etc. 73. E. F. G. underteniger und gehorsamer gros schuldiger verpflichter diener Hanns Ciurletta.

Aussen v. a. H.: P. zu Augspurg den VIII Juli 1573.

M. R. A. Fürstensachen. Specialia lit. C. fasc. XXXVIII Nr. 426. Orig.

Nr. 109. 1573 Juni 27. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Freude über die Geburt eines Prinzen. Aufträge. Schickt Mehreres zur Ansicht. Geldempfang. Ankunft eines von Herzog Albrecht engagierten Musikers aus Venedig.

Durchleuchtiger, hochgeborner fürst, genediger her. Als ich mit vilen und hochen beschwernussen mit höchstem unausprechlichen laid beladen gewest und noch bin, ist mir zeitung zuekommen, wie E. F. G. vermittels göttlicher hilf einen manlichen erben bekommen,[1]) des ich dan mit sonders herzlichen freuden gehört. Dan ich allererst hoffen tue, Ir F. G. her vatter werde derselben rais in Italien nunmer bewilligen und genediclich erlauben. — Hiemit schik ich E. F. G. ein abconterfect aines mosters, wie die püchsen oder geschür ungeverlich sein möcht, so das klainer stuk des gespreklechten stains geben möcht, gleichwol wurd es dise grös nit erraichen mügen, als wie dises muster an im selbst ist. Wart derowegen Ir F. G. gnediger antwort, wes sich dieselb hierin und der andern stuk auch entschlossen habe. — Die cristallen stöften kan ich iez dismals, desgleichen auch die seiden E. F. G. nicht schicken, weil mich die hantwerksleut hinterstellig und mit erdichten fablen aufziechent. Der card^{al} Borromeo ist ein lange zeit her nit hie zue Mailant, sonder auf seiner diocesi oder pfarsbistumb umbgeraist;

[1]) Der spätere Kurfürst Maximilian I., geb. am 17. April 1573.

dessen conterfect derowegen auch nicht gar fertig mögen werden. — Den helfant zan hab ich schon von Venedig zue holen bevolchen für die rämlein der conterfect, dieweil ich dismals nichts deuglichs alhie darzue in Mailant finden kan. Ich hab auch die recipe der künstücklichen(!) mit untertenigem dank entpfangen, unterteniclich bittend, E. F. G. wöllen mir mit bequemblicher zeit noch die andern auch gnedig hinfüran volgen lassen. — Ich hab auch alhie von dem Fuggerischen agenten in Mailant 117 △^{ti} entpfangen für die trinkgeschür, darvon ich meniclich (dem ich zetuen) entricht, sambt den 114 △^{ti} und 10 bazzi. Dem Anthonio Scala hab ich Ir F. G. bevelch vermeldet, welcher mir geantwort, er hab wol di 300 fl. entpfangen, aber die 40 cronen hab er niehe gesechen noch entpfangen. Hat mir auch verhaissen, wie er E. F. G. etliche grüene stain bei zaiger diz, m^{r} Nicola Heller, zue schicken vorhabens. Der vorig kaufman, so E. F. G. vil sachen zuegeschikt, der schikt hiemit derselben abermals ein medeien, so mit sonderm vleis und von einem künstlichen maister gearbait (meins erachtens) ist; welcher begert 100 △^{ti}, aber ich hab in die 80 △^{ti} anzunemen getrungen, wiewol mich dis noch zue teur gedunkt. So es Ir F. G. gefiel, lassen mich dieselben ehest berichten; wil ich alsdan müglichen vleis anwenden, das ers noch leuchter volgen liesse. Uberschikt auch hiemit kaiser Titi haubt in lapislazuli seucht[1]) gegraben mit dem vermelden, er hab die andern stain auch kleinert, darauf die 12 kaiser zue graben; doch wer er eher anzuefachen nit vorhabens, er wis dan, das sie E. F. G. werde nemen, von einem stuk 10 kronen begerent, dero summa 120 treffen wurde. Ich hab in gleich wol auf die 100 △^{ti} getrungen. Wo aber Ir F. G. sich entschlussen, das sie ausgemacht wurden, hof ich er solst noch umb ein leuchteres gelt zuelassen. — Hiemit schik ich E. F. G. die kaufzetl, was die gedrukten leinwat von gold costen tüe, wie ich sie von einem kaufman selbst bekommen. — Unter meinen sachen, so mir aus Hungerlant und Bairn kommen, find ich ein par döndelkhirn;[2]) glaub wol, sie werden durch irtumb hieher gefüert sein, dieselben E. F. G. zue sein fürchtend; derowegen ich eines g. beschaids erwarte, ob ich sie solle E. F. G. hinaus widerumb zueschicken. An S^{t} Johans abent ist hieher gen Mailand Ir F. G. herren vatters singer einer, ein Venediger, Francesco genant, ankommen, so auf dem zinken blaset, den ich in meinem haus über seinen willen beherbergt hab. Tue mich hiemit E. F. G. in aller untertenigkait bevelchen. Dat. Mailant den 27. Junii a° 73.

Das moster der gelben mit gold gedrukten leinwat und eins fadens ungedrukt kost (sei was farben sie wellen) 10 l(ire) die eln, so 40 batzen tuet, die gedrukt aber 15 soldi, dero ellen 3 batzen macht, auch noch 10 soldi, so 2 batzen tuet, nachdem der truk ist. Zue zwaien aber oder dopleten faden kost die ellen drei kronen, etlich was mer und weniger, nachdem das stuk schön oder gefärbt ist. Und so man wolt mer haben, dan dises an im selbst, würt man solches gar behend machen, dan es ein ser kurzweilige geschwinde arbait ist. P. V.

Aussen: P. München den 24 Juli 1573.

M. St. A. K. schw. 486/2 (in deutscher Uebersetzung).

Nr. 110. 1573 Juli 22. Prospero Visconti an Herzog Wilhelm.

Schickt die in farbigem Wachs modellirte Büste des Vicekönigs von Mailand.

Ser^{me} Princeps. Proregis nostri imaginem, quam pictam multis elapsis mensibus habere non potui, nunc sima scalptura diversorum colorum cera absolutam ad Ex^{am} Tuam mitto. Ea simillima est et non rudi manu iudicio meo fabre facta. Faber ipse vocatur Antheus Mediolanensis; qui, si opus fuerit, imagines cardinalium eodem artificio conficiet, singulas quatuor coronatis et minori etiam, ut puto, pretio. Prorex ipse appellatur don Alvisius de Requesens, commendator maior Castiliae, a consiliis status suae reg. Cat^{ae} m^{tis}. Quod ad alia negotia attinet, non est quod hoc tempore scribam. Vale. Dat. Mediol. 22. Juli 1573. P. V.

M. St. A. K. schw. 486/2. Orig.

---

[1]) = seicht d. i. flach. [2]) Nach Schmeller-Frommann I, 512 ff. Dänlein, Thändl = cervus dama (cf. unten Nr. 118: Cornua dammae).

Nr. 111. 1573 Juli 29. Gasparo Visconti an Herzog Wilhelm.

Angebote von Cameen und kunstgewerblichen Gegenständen. Schickt Muster verschiedenfarbiger Seide. Aufträge. Dank für die Uhr.

Ill^me atque Ex^me Princeps. Submonitus aliquoties ab Ex^a V., ut, si quid dignum tanto principe occurreret, a me statim admoneretur, volo hisce literis eam certiorem facere, quendam nobilem mihi amicum Ex^e V. deditissimum quosdam habere cameos, ut aiunt, pulcherimos, afabre factos, instarque bullarum auro vinctos, vel pileis vel galeris accomodandos, et nonnullas bullas parvis imaginibus a primo Italorum fabro ex tumore auri expressis, quibus non alio artificio similes facile reperiantur; preterea divum Georgium in bulla diamantinum[1]) admiratione quidem dignum, con vase(?) honeste capacitatis et ex lapide non vulgari, quod quidem adhuc propter alterius artificis absentiam videre non potui. Idem vir nobilis dicit se habere caput Sibillinum lapillis ornatum una cum nonullis rebus aliis, quae omnia vel singula, si quid grati erit, honesto pretio commutabit. Quamobrem si Ex^e V. gratum erit, ea per Dominichum Platensem, vel peditem vel equitem, cum primum factus ero certior, mittam. — Prosper Vicecomes mihi quedam specimina serici coloris diversi in servicium vel Ex^e V. vel clarissime uxoris Sue dedit, ut ex iis onzias sex singulorum speciminum confici curarem, quod a me libentissime factum est; quae tamen colorum varietas meo quidem iudicio (ni fallor) erit gratissima. Et mitto cedula inclusa pretium una cum pondere; et dictus Vicecomes pretium persolverit. — Rodulphus Dax quandam habet cum equite Ruffo[2]) controversiam ex merchatura equorum inter eos confecta; qui ex conventu apud me quosdam pannos argenti ac serici argentini deposuere, hac quidem conventione, ne cuiquam eorum pannos depositas(!) restituerem, quoad de iure esset constitutum. Sed tamen eques me continue sollicitat, ut sibi res depositas restituam; quod cum nec iustum nec honestum mihi videatur, decrevi Ex^e V. supplicare, ut aut Rodulphum mittat aut Rodulphus ipse mandatum publico instrumento confectum, ut negotium cum equite tractari et ego ex iis curis expediri possim; quae res amore Ex^e V. sine magno dispendio fieri poterit. Nam quicunque venerit depositis amore dicti iniuriis, apud me poterit comode commorari. Franciscus Tricius mihi nomine Ex^e V. inposuit, ut centum paria tondorum sive clavorum, quos pontali et botonos apellant, conficienda curarem ex quocunque specimine ad me misso, quod diligenter curabo. Reliqum est, ut utar ea clausula, qua in literis superioribus sum usus, immortales agendo gratias, quod Ex^a V. non indignum putavit, tam pulchrum tamque iustum horlogium mittere. Data Mediolani die 29. Julii 1573. G. V.

Aussen v. a. H.: P^e Gräz den 29. Augusti 1573.

Dazu gehörig: 1573 adi 20 Luglio.

Notta de la seta de nove colori, qual io Gasparo Visconte ho facto fare in Milano per lo ex^mo s^re principe Guillielmo di Bavera sive ill^ma s^ra principessa, sua consorte, mei supremi signori et patroni osser^mi; et la pagata il s^r Prospero: △ 16 β 74:

P^o	seta	incarnadina	onze	6	monta	△	1	β 98
e piu	„	paliata	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	tane cremesile	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	rosasecha	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	tane scura	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	tane chiara	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	fior di persicho	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	colore di cenere	„	6	„	△	1	β 98
e piu	„	morella	„	6	„	△	1	β 98
e piu	seta	ut supra	„	1/2	monta	△	—	β 98
			onze	54 1/2		△	16	β 74

M. St. A. K. schw. 486/1. Orig.

[1]) M. H. A. Hofhaushaltsakten Wilhelms V. Nr. 1712 Lit. E fasc. 2 in ‚Andreen Gschwendters Instruction (datiert Landshut 29. Dez. 1573) und Inventario von Anno 73‘ steht unter den ‚Clainattern‘ verzeichnet: ‚Ain guldene medeien darauf der ritter Sanct Jörg von diemut eingefast‘. [2]) Rubeus.

